Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Georgio

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

⁊ Valiani querere in legenda de
passione ſcē cecilie ubi continetur.
Georgius dicitur a geos quod est **De ſco Georgio**
terra ⁊ orge quod est colere quasi co-
lens terram id est carnem suam. Augustinus autem
in libro de trinitate dicit quod bona terra est in
altitudine montium temperantia col-
lium planicie camporum. Prima enim est
bona ad virentes herbas. Secunda ad vi-
neas. tertia ad fruges. Sic beatus Geor-
gius fuit altus despiciendo inferiora ⁊
ideo habuit viriditatem puritatis temperatus
per discretionem ⁊ ideo habuit vinum
eterne iocunditatis. planus per humili-
tatem ⁊ ideo protulit fruges bone
operationis. Vel dicitur a gerar quod est sa-
crum ⁊ gyon quod est luctator. quasi sa-
cer luctator. quia luctatus est cum dra-
cone ⁊ carnifice. Vel a gerar quod est
sacrum ⁊ gyon quod est arena. quasi sacra
arena. Fuit enim arena quia ponderoſus
morum gravitate. minutus humi-
litate ⁊ ſiccus a carnali voluptate.
Vel Georgius dicitur a gerar quod est peregrinus.
⁊ gyr quod est precisio. ⁊ ys quod est consili-
ator. Ipse enim fuit peregrinus in con-
temptu mundi precisus in coronatione martyrii
⁊ consiliator in predicatione regni.
Cuius legenda inter scripturas apo-
crifas in Niceno concilio numeratur.
ideo quod eius martyrium certam relationem
non habet. Sed in kalendario Bede dicitur
quod ſit passus in persida civita-
te Dyospoli que prius lidda vocaba-
tur. ⁊ est iuxta Iopen. Alibi legitur quod
passus ſit ſub dyocletiano impera-
tore persarum presentibus lxx regibus
imperii sui. hic quod sub daciano pre-
side imperantibus Dyocletiano ⁊
maximiano. **De ſconine**

Georgius tribunus capadox pervenit
quadam vice in provinciam lybie
in civitatem que dicitur Sylena. Iuxta quam
civitatem erat stagnum instar mag-
ni maris in quo draco pestifer
latitabat qui ſepe populum contra ſe ar-
matum in fugam converterat. flatuque
suo ad muros civitatis accedens
omnes inficiebat. Qua propter compulsi cives
duas oves cotidie sibi dabant ut eius
furorem ſedarent. alioquin ſic muros
civitatis ſic invadebat ⁊ aerem
inficiebat quod plurimi interibant. Cum
ergo iam oves pene deficerent ma-
ximeque cum harum copiam habere non possent
inito consilio ovem cum adiuncto homine
tribuebant. Cum igitur ſorte filii ⁊ filie
omnium darentur ⁊ ſors neminem excipe-
ret. ⁊ iam pene omnes filii ⁊ filie
ipſi essent consumpti. Quadam
vice filia regis unica ſorte est de-
prehensa ⁊ draconi adiudicata.
Tunc rex contristatus ait. Tollite au-
rum ⁊ argentum ⁊ dimidium regni mei
⁊ filiam meam michi dimittite ne talia mo-
riatur. Cui populus cum furore respondit.
Tu hoc rex edictum fecisti. ⁊ nunc omnes
pueri nostri mortui sunt ⁊ tu vis filiam
tuam unicam salvare. Nisi in filia tua
compleveris quod in aliis ordinasti. succen-
demus te ⁊ domum tuam. Quod rex videns
cepit flere filiam suam dicens. Heu
me filia mea dulcissima. quid de te
faciam aut quid dicam. quando plus vide-
bo nuptias tuas. ⁊ conversus ad populum
dixit. Oro ut indutias .viii. dierum
lugendi michi filiam meam tribuatis. Quod
cum populus annuisset. in fine .viii. dierum
reversus est populus cum furore dicens.
Quare perdis populum tuum propter filiam

tatem. Et omnes afflatu draconis mori
untur. Tunc rex videns quod filiam non posset
liberare induit eam vestimentis regali
bus et amplexatus eam cum lacrimis dixit:
heu me filia mea dulcissima, de te
filios in regali gremio nutrire crede
bam, nunc vadis ut a dracone devore
ris. Heu me filia mea dulcissima
sperabam ad tuas nuptias invitare prin
cipes, palatium margaritis ornare,
tympana et organa audire, et nunc
vadis ut a dracone devoreris. Et
deosculans dimisit eam dicens: Uti
nam filia mea ante te mortuus
essem quam te sic amisisse. Tunc illa pro
cidit ante pedes patris petens ab eo
benedictionem suam. Quam cum pater cum lacri
mis benedixisset, ad lacum processit. Quam
beatus Georgius inde transiens ut vidit plora
ntem, eam quid haberet inquisivit. Et
illa: Bone iuvenis, equum velociter ascen
de et fuge ne mecum pariter moriaris.
Cui Georgius: Noli timere filia, sed dic
mihi quid hic prestolaris omni plebe
spectante. Et illa: Ut video bone iu
venis magnifici cordis es tu, sed
cur mecum mori desideras? Fuge ve
lociter. Cui Georgius: Hic inde non disce
dam donec mihi quid habeas intima
bis. Cum igitur illa sibi totum exposuisset,
ait Georgius: Filia noli timere, quia in Christi
nomine te iuvabo. Et illa: Bone mi
les, meum non perdas; sufficit enim si sola pe
ream; nam me liberare non posses et mecum
perires. Dum hec loqueretur, ecce draco veni
ens caput de lacu levavit. Tunc pu
ella tremefacta dixit: Fuge bone domine,
fuge velociter. Tunc Georgius equum
ascendens et signo crucis se mu
niens draconem contra se venien

tem audacter aggreditur et lanceam fortiter
vibrans et se deo commendans ipsum forti
ter vulneravit et ad terram deiecit.
Dixitque puelle: Proice zonam tuam in
collum draconis nihil dubitans fi
lia. Quod cum fecisset, sequebatur eam velud
mansuetissimus canis. Cum igitur eum in ci
vitatem duceret, populi hoc videntes per
montes et solitudines fugere ceperunt
dicentes: Ve nobis quia omnes peribimus.
Tunc beatus Georgius innuit eis dicens:
Nolite timere. Ad hoc enim dominus me misit
ad vos ut a penis vos liberarem dra
conis. Tantum in Christum credite et
unusquisque vestrum baptizetur, et dra
conem istum occidam. Tunc rex et omnis
populus baptizati sunt. Georgius autem
evaginato gladio draconem occi
dit et ipsum extra civitatem efferri pre
cepit. Tunc quatuor paria boum ipsum in mag
num campum foras duxerunt. Bapti
zati sunt autem illa die viginti milia
hominum exceptis parvulis et mulieribus.
Rex autem in honore beate virginis et
beati Georgii ecclesiam mire magnitu
dinis construxit. De cuius altari fons
vivus emanat cuius potus omnes lan
guidos sanat. Rex vero infinitam
pecuniam sancto Georgio obtulit, quam
ille accipere nolens pauperibus eandem
dari precepit. Tunc beatus Georgius breviter
regem de quatuor instruxit, scilicet ut ecclesiis
dei curam haberet, sacerdotes honoraret,
divinum officium diligenter audiret
et semper pauperum memor esset. Et sic
osculato rege inde recessit. In a
liquibus tamen libris legitur quod dum draco
ad devorandum puellam pergeret, Georgius
se cruce munivit et draconem aggre
diens interfecit. Eo tempore impe

tantibus Dyocletiano et Maximia-
no sub preside Datiano tanta persecuti-
o christianorum fuit ut infra unum mensem
XVII milia hominum martirio corona-
rentur. Unde inter tot tormentorum genera mul-
ti christianorum deficiebant et ydolis ymmola-
bant. Quod videns sanctus Georgius tactus dolo-
re cordis intrinsecus omnia que habebat
distribuit, militarem habitum abiecit et chri-
stianorum habitum induit et in medium prosiliens
exclamavit: Omnes dii gentium demonia,
dominus autem celos fecit. Cui preses iratus dixit: Ex
qua presumptione audes deos nostros demonia
appellare? Dic tu unde es tu aut quo
nomine vocaris. Cui Georgius ait: Georgius
vocor, ex nobilibus Capadocie prosapia
ortus, Palestinam Christo favente devici,
sed omnia deserui ut liberius servire pos-
sim deo celi. Cum autem preses eum ad se
inclinare non posset, iussit eum in eculeum
levari et membratim corpus eius ungu-
libus laniari. Appositis insuper ad latera
facibus ardentibus viscerum tenus sa-
le plagas eius fricari iussit. Eadem noc-
te dominus ei cum ingenti lumine apparuit
et ipsum dulciter confortavit. Cuius mel-
liflua visione et allocutione sic
confortatus est ut pro nichilo duceret cru-
ciatus. Videns Datianus quod eum penis
superare non posset, quendam magum ac-
cersivit eique dixit: Christiani suis magi-
cis artibus tormenta ludificant et de-
orum nostrorum sacrificia parvipendunt. Cui
magus: Si artes eius superare nequi-
vero, capitis reus ero. Ipse igitur maleficiis
suis innixus et deorum suorum nominibus invo-
catis venenum vino miscuit et sancto
Georgio sumendum dedit. Contra quod vir
dei signum crucis edidit, haustoque eo
nullam lesionem sensit. Rursus magus

fortius venenum miscuit, quod vir
dei signo crucis edito sine lesione
aliqua totum ebibit. Quo viso magus
statim ad pedes eius cecidit, veni-
am lamentabiliter petiit et se christianum
fieri postulavit. Quem mox iudex de-
collari fecit. Sequenti igitur die iussit
Georgium poni in rota gladiis bis ac-
cutissimis undique circumsepta, sed sta-
tim tota frangitur et Georgius illesus
penitus invenitur. Tunc iratus iussit eum
in sartaginem plumbo liquefacto ple-
nam poni. Quo facto signo crucis intra-
vit, sed virtute dei cepit in ea quasi
in balneo refoveri. Quod videns Datia-
nus cogitavit emollire blanditiis
quem minis superare non poterat tor-
mentis. Dixitque illi: Vides fili Georgi quan-
te mansuetudinis sunt dii nostri qui tam
blasfemias tuas patienter sustinent, pa-
ratique sunt, si converti volueris, indulgere.
Age ergo dulcissime fili quod hortor, ut
superstitiose relicta diis nostris sacrifi-
ces, ut magnos a diis et a nobis
consequaris honores. Cui Georgius
subridens ait: Ut quid non a principio
magis me persuasisti blandis sermo-
nibus quam tormentis? Ecce paratus sum
facere quod hortaris. Hac Datianus pro-
missione delusus letus efficitur,
iussitque sub voce preconis ut omnes ad
se convenirent et Georgium tamdiu reluc-
tantem tandem cedere et sacrificare vi-
derent. Ornata igitur tota civitate pre
gaudio cum Georgius ydolorum templum
sacrificaturus intraret et omnes
ibidem gaudentes astarent, flexis
genibus dominum exoravit ut templum
cum ydolis sic omnino destrueret qua-
tenus ad suam laudem et populi conversionem

Et omnes afflatu draconis moriuntur. Tunc
rex uidens quod filiam non posset liberare in-
duit eam uestimentis regalibus. et amplex-
atus eam cum lacrimis dixit. Heu me fi-
lia mea dulcissima. de te filios in re-
gali gremio nutrire credebam nunc va-
dis ut a dracone deuoreris. Heu me
filia mea dulcissima sperabam ad tuas
nuptias inuitare principes. palatium
margaritis ornare. tympana et or-
gana audire et nunc vadis ut a dra-
cone deuoreris. et deosculans dimisit
eam dicens. Utinam filia mea ante te mor-
tuus essem quam te sic amisisse. Tunc illa pro-
cidit ante pedes patris petens ab eo be-
nedictionem suam. Quam cum pater cum lacrimis be-
nedixisset ad lacum perrexit. Quam beatus Geor-
gius transiens ut uidit plorantem eam quid haberet
inquisiuit. Et illa. Bone iuuenis equum velo-
citer ascende et fuge ne mecum pariter mo-
riaris. Cui Georgius. Noli timere filia sed dic
michi quid hic prestolaris omni plebe spec-
tante. Et illa. ut uideo bone iuuenis mag-
nifici cordis es tu. Sed cur mecum mo-
ri desideras. fuge velociter. Cui Georgius.
Hic inde non discedam donec michi quid habeas
intimabis. Cum ergo illa sibi totum exposu-
isset. ait Georgius. Filia noli timere quia in Christi
nomine te iuuabo. Et illa. Bone miles
mecum non pereas. sufficit enim si sola peream. Sta-
me liberare non posses et mecum perires. Dum
hec loquerentur. ecce draco ueniens caput de lacu
leuauit. Tunc puella tremefacta dixit.
Fuge bone domine fuge uelociter. Tunc Georgius
equum ascendens et signo crucis se mu-
niens. draconem contra se uenientem au-
dacter aggreditur. et lanceam fortiter uibrans.
et se deo commendans ipsum fortiter uulnerauit
et ad terram deiecit. Dixitque puelle. Proice
zonam tuam in collum draconis nichil du-
bitans filia. Quod cum fecisset sequebatur eam
uelud mansuetissima canis. Cum ergo eam in ci-
uitatem duceret populi hoc uidentes per montes
et solitudines fugere ceperunt dicentes.
Ve omnibus nobis quia omnes peribimus. Tunc beatus Ge-
orgius innuit eis dicens. Nolite timere.
Ad hoc enim dominus me misit ad uos ut a pe-
nis uos liberarem draconis. Tantum uos in
Christum credite et unusquisque uestrum baptize-
tur. et draconem istum occidam. Tunc rex et omnis
populus baptizati sunt. Beatus autem Georgius euagina-
to gladio draconem occidit et ipsum extra ciui-
tatem efferri precepit. Tunc quatuor paria boum
ipsum in magnum campum foras duxerunt. Bap-
tizati sunt autem illa die xx milia hominum.
exceptis paruulis et mulieribus. Rex
autem in honore beate uirginis et beati Georgii ec-
clesiam mire magnitudinis construxit. De
cuius altari fons uiuus emanat cuius potus
omnes languidos sanat. Rex uero infinitam
pecuniam sancto Georgio obtulit. quam ille ac-
cipere renuens pauperibus eandem dari pre-
cepit. Tunc beatus Georgius breuiter regem de iiii in-
struxit. scilicet ut ecclesiarum dei curam haberet. sacerdotes
honoraret. diuinum officium diligenter au-
diret. et semper pauperum memor esset. Et sic os-
culato rege inde recessit. In aliquibus
tamen libris legitur quod cum draco ad deuorandum
puellam pergeret Georgius se cruce muniuit.
et draconem aggrediens interfecit. Eo tem-
pore imperantibus dyocletiano et maximia-
no sub preside daciano tanta persecutio christi-
anorum fuit ut infra unum mensem xxii
milia hominum martirio coronarentur.
Vnde inter tot tormentorum genera multi christia-
norum deficiebant et ydolis immolabant. Quod
uidens sanctus Georgius tactus dolore cordis intrin-
secus. omnia que habebat distribuit. militarem habi-
tum abiecit. et christianorum habitum induit et in
medium prosiliens exclamauit. Omnes dy-

va-cat

gentium demonia, dominus autem celos fecit. Cui preses irate dixit: Qua presumptione audes deos nostros demonia appellare? Dic tu unde es tu, aut quo nomine vocaris. Cui Georgius ait: Georgius vocor, ex nobili capadocum prosapia ortus, Palestinam Christo fauente devici, sed omnia deserui, ut liberius servire possim Deo celi. Cum autem preses eum ad se inclinare non posset, iussit eum in eculeum levari et membratim corpus eius ungulis laniari. Appositisque insuper ad latera facibus, patentibus visceribus eius sale plagas eius fricari iussit. Eadem nocte Dominus ei cum ingenti lumine apparuit et ipsum dulciter confortavit. Cuius melliflua visione et allocutione sic confortatus est ut pro nichilo duceret cruciatus. Videns Dacianus quod eum penis superare non posset, quendam magum accersivit eique dixit: Christiani suis magicis artibus tormenta ludificant et deorum nostrorum sacrificia parvipendunt. Cui magus: Si artes eius superare nequivero, capitis reus ero. Ipse igitur maleficiis suis intentis et deorum suorum nominibus invocatis venenum vino miscuit et sancto Georgio sumendum dedit. Contra quod vir Dei signum crucis edidit, hausto quoque nil lesionis sensit. Rursus magus potiore fortius venenum immiscuit, quod vir Dei signo crucis edito sine lesione aliqua totum ebibit. Quo viso magus statim ad pedes eius cecidit, veniam lamentabiliter petiit et se christianum fieri postulavit. Quem mox iudex decollari fecit. Sequenti igitur die iussit Georgium poni in rota gladiis bis acutissimis undique circumsepta, sed statim rota frangitur et Georgius illesus penitus invenitur. Tunc iratus iussit eum in sartaginem plumbo liquefacto plenam proici. Quo facto signo crucis in eam intravit, sed virtute Dei cepit in ea quasi in balneo refoveri. Quod videns Dacianus cogitavit ut molliret blanditiis quem minis superare non poterat vel tormentis. Vnde ait: Vides, fili Georgi, quante mansuetudinis sunt dii nostri, qui te blasphemum tam patienter sustinent, parati nichilominus, si converti volueris, indulgere. Age igitur, dulcissime fili, quod hortor, ut superstitione relicta diis nostris sacrifices, ut magnos ab ipsis et a nobis consequaris honores. Cui Georgius subridens ait: Ut quid non a principio magis me persuasisti blandis sermonibus quam tormentis? Ecce paratus sum facere quod hortaris. Hac Dacianus promissione delusus letus efficitur, iussitque sub voce preconis ut omnes ad se convenirent et Georgium tamdiu reluctantem tandem cedere et sacrificare viderent. Ornata igitur tota civitate pro gaudio, cum Georgius ydolorum templum sacrificaturus intraret et omnes ibidem gaudentes astarent, flexis genibus Dominum exoravit ut templum cum ydolis sic omnino destrueret quatenus ad suam laudem et populi conversionem nichil de eo penitus remaneret. Statimque ignis de celo descendens templum cum diis et sacerdotibus concremavit, terraque se aperiens omnes eorum reliquias deglutivit.

¶ Hoc exclamat Ambrosius in prefatione dicens: Georgius fidelissimus miles Christi, dum christianitatis professio silentio tegeretur, solus inter christicolas Filium Dei est confessus. Cui et tantam fidei constantiam gratia divina concessit ut tyrannice potestatis precepta contempneret et innumerabilium non formidaret tormenta penarum. O felix

et uicit dominum plasmatorem qui non solum tempta-
lis blandis non persuasit promisit sed perse-
cutorem deluso symulachrum eius in abys-
sum portentaliter deiecit. hec ambrosius. Hec
audiens dacianus georgium ad se adduci
fecit eique dixit. Que sunt maleficia tua
pessime hominum et quid tantum facinus
commisisti. Cui georgius. Ne credas rex sic
esse sed mecum pergere et iterum me immolare
uide. Cui ille. Intelligo fraudem tuam
quia uis me absorberi sicut templum et deos
meos absorberi fecisti. Cui georgius. Dic
mihi miser dii tui qui se iuuare non potu-
erunt. quomodo te iuuabunt. Iratus rex ni-
mis dixit alexandrie uxori sue.
Deficiens moriar quia ab hoc homine
me superatum cerno. Cui illa. Tyranne
infidelis et carnifex. nunquid non
dixi tibi sepius ne christianis molestus
esses quia deus eorum pro ipsis pugnaret. Et
scias me uelle fieri christianam. Stupefactus
rex ait. heu proh dolor numquid et tu se-
ducta es. Fecitque eam per capillos sus-
pendi et flagellis durissime cedi.
Que cum cederetur dixit georgio. Geor-
gi lumen ueritatis quo putas perueniam
non dum aqua baptismi renata. Cui georgius.
Nichil hesites filia quia sanguinis
tui effusio baptismus tibi reputabi-
tur et corona. Tunc illa orans ad dominum
emisit spiritum. hinc attestatur ambrosius
in prefatione dicens. Ob hoc et gentilium
regina persecutore crudeli uiro damnata
sententia non dum baptismi gratiam consecuta
gloriose passionis monstrauit pal-
mam martirii. Dubitare non possumus quod ro-
sa perfusa sanguinis unda reserata
tas poli ianuas ingredi meruit
regnumque possidere celorum. hec ambrosius.
Sequenti uero die georgius talem acce-
pit sententiam ut per totam ciuitatem trahere-
tur et postmodum capite puniretur. Orauit autem
ad dominum ut quicumque imploraret eius
auxilium petitionis sue consequeretur
effectum. Diuina autem uox ad eum uenit
quod sic fieret ut orauit. Completa oratione
et capitis abscisione martirium sub
dyocletiano et maximiano consumma-
uit. Circa annum domini cc. lxxx. vii.
¶ Dacianus autem cum de loco in quo de-
collatus est ad palatium rediret ignis di-
uinus de celo cecidit et ipsum cum ministris suis
consumpsit. ¶ Refert gregorius turonensis quod
cum quidam quasdam reliquias sancti georgii
deferrent et in quodam oratorio hospita-
ti fuissent mane nullatenus capsam
mouere potuerunt donec ibi reliquiarum
particula dimiserunt. ¶ Legitur in hysto-
ria antiochena quod cum christiani ad obsi-
dendum ierusalem pergerent quidam iuuenis
speciosissimus indutus cuidam sacerdoti
apparuit qui georgium christianorum ducem se dicens
admonuit ut eius reliquias secum portarent
et ipse cum eis esset. Cum autem ierusalem obse-
dissent et sarracenis resistentibus per
scalas ascendere non auderent. Beatus georgius
armis albis indutus et cruce rubea
insignitus apparuit. innuens ut post eum
secure ascenderent et ciuitatem obtine-
rent. Qui ex hoc animati ciuitatem
ceperunt et cunctos sarracenos occi-
derunt.

De sancto marco euangelista

Marcus interpretatur sublimis manda-
to. Certus. Declinatus. et amarus.
Sublimis mandato ratione perfectio-
nis uite. quia non solum seruauit man-
data communia sed et sublimia sicut
sunt euangelica consilia. Certus ratione cer-
titudinis in doctrina. quia doctrinam euan-
gelii sui certam tradidit. ut pote quam

de sancto marco ewangelista de nouo